



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 124. Conspiratio in Anglia in favorem Perkini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV
A C. 1494.

sagacitate quæstiones, quæ ipsi forte ob-
jectarentur, prævertens, illum concin-
nis responsionibus scite instruxit: verbo,
nil reliquum fecit, ut tanquam verus
Eboracensis Dux crederetur.

§. CXXIII.

*Perkinus in Hibernia velut genuinus
Eboracensis Dux exceptus.*

His præceptis secretissime instructus,
Perkinus in Provincia Cantienſi ex-
scensionem facere aggreditur, comitan-
tibus eum quam plurimis Angliæ Proce-
ribus; verum minus benigne ibidem ex-
ceptus, in Scotiam vela protendit, ubi
a Jacobo Rege hujus nominis quarto om-
ni obsequiorum genere cumulatus, atque
exercitu munitus, secundo in Angliam
trajecit, minus adhuc consiliis ejus ad-
spirante fortuna; a nemine enim Eborac-
ensis Dux habebatur, unde in Hiber-
niam reversus est, ibique accepto nun-
tio de Corisopotanensium seditione, ab
illis non solum Eboracensis Dux credi-
tus, atque honoratus, sed etiam Regiis
obsequiis affectus est.

§. CXXIV.

*Conspiratio in Anglia in favorem
Perkini.*

Præterea quidam factiosi, quorum con-
silia, pace Henricum VII. inter &
Gallos

Gallos sancita, penitus eversa erant, ac trans mare fuga sibi consuluerant, jam audito Eboracensis Ducis nomine animum erigunt, magisque immota, quam unquam alias fide Perkinum genuinum Eduardi filium esse sibi persuadent, cum in Hibernia pro illo, ut inquietabant, recognitus, atque in Flandria honoribus regiae suae dignitati congruis exceptus esset. Primo igitur ab eis secretae ac innumeræ contra Regem, ejusque regimen indignationes audiebantur, dein certantia plurimorum vota anxie suspirabant, ut dignus ille Plantagenetanæ stirpis furculus, qui a viro recens nato, ac dubiis natalibus ignobili suppressus erat, demum ad Angliæ folium erigeretur. Hisce quoque conjuratis Guilielmus Stanleyus nomen dedit, cui Clifordiæ Eques, necnon Barleyensis Dominus non solum sese adjunxerunt, sed etiam ceterorum conjuratorum nomine Legationem in se susceperunt, atque in Flandriam profecti sunt, ut sua quoque consilia cum Burgundiæ vidua conferrent, si famæ de Eboracensi Duce fides veritasque constaret.

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

§. CXXV.

Henrici investigatio in Eboracensis Ducis obitum, & Perkini originem.

Henricus tumultuum in Flandria &
Rr 2 An-